

NOTE XXVII.

NOVAE CICINDELIDARUM SPECIES

AUCTORE

Dr. W. HORN.

Megalomma flagellicornes, sp. n.

Palpis tenuibus non inflatis, labro sat brevi antice rotundato-producto non dentato, quarto antennarum articulo distaliter valde compresso-foliaceo: huius dilatationis forma est triangularis, basis apicem (art.) versus sita et excisa, utroque angulo libero pilo perparvo tenuissimo ornato.

Statura *Meg. uniguttatum* Fairm. satis refert: paullo major; antennis valde longioribus, distaliter non crassioribus, fronte antice minus distincte transversim sulcata, vertice brevior; thorace longiore, latitudine maxima in medio, margine antico non sulcato; elytris vix longioribus, sat opacis (praecipue apicem versus minus nitentibus quam in illa sp.), superficie tota dense sed subtilissime punctata (punctis antice minus, postice magis apparentibus quam in illa), impressione caudata apicali fere obsoleta; macula humerali et submarginali media parvis.

Corpore supra obscure viridi-opaco, hinc inde smaragdino, elytrorum margine tenuissime cyaneo; infra coeruleo-viridi, abdomine cyaneo (ano brunnescente); labro piceo paullulum viridi-nitente, marginibus lateralibus, palpis (articuli ultimi summo apice excepto), trochanteribus flavis; pedibus (femorum basi, praecipue subtus, excepta) et 3 primis antennarum articulis cyaneis; art. quarto flavo (dilatatione cyanea excepta),

Notes from the Leyden Museum, Vol. XIX.

ceteris obscurioribus (coxis posticis summo apice flavescen-
tibus; tarsis sulcatis).

1 ♂; 9 $\frac{1}{2}$ mm. — Ste Marie de Madagascar (Perrot
Frères: X—XII, 1896). A clarissimo Renato Oberthür ac-
ceptum. — Coll. mea.

Haec species in genere »*Megalomma*» est ponenda, quod
pronotum, omnia episterna, epimera, coxae posticae pilis
denudata, mesosterni episterna sulcata, metasterni episterna
ampla (non triangularia), tarsi intermedii ♂ simplices, habitus
Megalom., patria Madagascar.

Cic. rugicollis Fairm. non est *Megalom.* species, quod
prosterni et coxarum posticarum latera pilosa! *Cic. megalom-*
moides mihi in hoc genus est transferenda.

Myrmecoptera Ritsemae, sp. n.

M. bilunatae Dohrn (Pér.) affinis, differt statura tota
(praesertim ♂) valde graciliore et angustiore; labro paullo
longiore (♀ nigro!); thorace multo angustiore, longiore,
paralleliore, paullo grossius et multo distinctius (basi quo-
que et apice) transversim plicato, linea media longitudinali
profundius impressa; elytris longioribus antice multo magis
et longius angustatis (ut summa latitudo longius pone
medium sita!), pone medium ♂ multo, ♀ vix minus in-
flatis, spina suturali in utroque sexu (praesertim ♂) valde
longiore et paullulum erecta, sculptura vix grossiore, vitta
flava marginali ab humeris usque ad apicem continuata
(pone humeros margini magis approximata quam in illa),
macula flava centrali rectangulariter cum illa connata;
sterno toto nudo, coxis posticis punctatis et hirsutis.

1 ♀, ♂; 13—16 mm. — Blantyre, Africa Centrali
Britannica (P. G. de Lange). — Mus. Lugd. Bat. et coll. mea.

M. flavovittata ♂, *Saundersi* ♀ ♂, *limbata* Chd. Pér.
♀ ♂, *spectabilis* Pér. ♂ differunt a nova specie capite cras-
siore; thorace elytrisque brevioribus, latoribus, illo paullo
minus parallelo, his antice multo magis et longius angus-
tatis; signatura flava! Linea media longitudinali thoracis

minus profunde impressa (*M. flavovittata* ♂ m. excepta, in qua specie totum sternum hirsutum!) etc. — Elytrorum forma in nova specie ♂ satis refert *M. foveolatam* Pér. (*Cosmemam granulatam* Dokht.) ♂, sed antice magis et praesertim longius angustata.

Cosmema discoidalis, sp. n.

C. furcatae Boh. affinis; differt colore infra aeneo-viridi (supra vix obscuriore quam in illa); capite paullo subtilius praecipue vertice sculpto; thorace vix longiore, partis mediae lateribus perparum magis parallelis, rugis paullulum evidentius plicas transversas formantibus; stria nitente juxta-suturali elytrorum fere omnino deficiente (foveolis 3 vel 4 nitentibus exceptis), signatura valde differente: macula lineiformi humerali, altera medio in margine illam fere attingente (margini ipsi magis quam in illa specie approximata) posticem versus incrassata et cum linea marginali apicali (ut in *C. furcata* formata) connexa (confluentibus his 2 maculis angulus parvus intra prominet), plaga latissima centrali totum fere discum posticum occupante flavis. Cetera ut in *C. furcata* Boh. (antennae desunt!).

1 ♀; 16 mm. (sine labro). — Transvaal. — Coll. mea.

Macula lata centralis in tertia parte postica collocata valde discrepat ab ceteris huius generis speciebus.

Cosmema Helleri, sp. n.

Cosmema maxima. Capite thoraceque fere ut in *Myrmecoptera mashuna* Pér. sed illo subtilius sculpto antice posticeque finissime granulato, hoc apicem versus paullo latiore supra minus oblique (magis transversim!) rugoso-striato, tuberculis basalibus lateralibus multo magis prominentibus; labro paullo longiore in medio late flavo-lineato. — Elytris valde longioribus quam in *Cosm. sexmaculata* Chd., minus convexis, postice multo minus acuminatis, apice ipso late rotundato-truncato, spina suturali paullo longiore;

sculptura profundiore, omnino reticulari, interstitiis tenuissimis, foveolis usque ad medium valde majoribus, postea multo densioribus; macula media triangulari obliqua a margine magis distante, apicali brevior; palpis flavis, duobus articulis ultimis (labialium basi penultima excepta) nigris; pedibus valde robustioribus; corpore subtus paullo nitidior. Cetera ut in *C. sexmaculata* Chd.

1 ♀; 19 mm. — Transvaal. — Coll. mea.

C. simplex Bat. et *C. Gruti* Pér. sunt varietates *C. sexmaculatae* Chd. — *C. sexmaculata* Pér. (Transvaal) alia est species atque *C. sexmaculata* Chd. (Delagoa Bay), item *C. Gruti* Pér. et *C. Gruti* Chd.

Cicindela Livingstoni, sp. n.

C. flammulatae Qued. affinis; capite thoraceque latioribus et subtilius sculptis; elytris longioribus, minus parallelis, humeris magis rotundatis, pone medium (praesertim ♀) dilatatis, apice ♂ multo longius acuminato-producto, ♀ paullo magis angustato quam in illius *mare* (*C. flammulata* ♀ mihi deest!), spina suturali in utroque sexu longissima, serie foveolarum nigrarum juxtasuturalium eaque pone humeros evidentius impressis, maculis flavis minus distinctis (duabus juxta suturam cum vittis nigris compensatis), macula apicali inferiore lineiformi minus ad spinam suturalem descendente, interdum cum macula apicali superiore connata (ut signatura virguliformis formetur); lateribus inferioribus (abdominis apice nudo) evidenter paullo densius hirsutis: praesertim prothoracis episternis coxarumque posticarum margine libero.

♀, ♂; $11\frac{1}{2}$ —12 (sine labro). — Blantyre: Africa Centrali Britannica (P. G. de Lange). — Mus. Lugd. Bat. et coll. mea.

Forma (etsi in nostra specie paullo latior) sculpturaque capitis thoracisque ut spina suturalis valde *C. angusticollem* Boh. referunt; sed *C. Livingstoni* m. elytris valde longioribus, postice longius angustatis, humeris valde minus distinctis, elytrorum sculptura multo rariore grossioreque, foveolis metallicis deficientibus; rugis longitudinalibus! si-

gnatura! thoracis episternorum coxarumque posticarum pubescentia minus densa.

Cicindela (Thopeutica) aurothoracica, sp. n.

Th. eximiae Vand. var. *Dianae* Thms. affinis, differt magnitudine valde minore; antennis pedibusque multo gracilioribus (illis apice tenuissimis); vertice brevior; thorace postice paullo minus angustato; elytris brevioribus, postice non prolongato-truncatis sed rotundato-truncatis, spina suturali ♀ vix retracta, ♂ minus prominente quam in illa specie; labro, pronoto, elytrorum basi, prosterni mesosternique parte media, metasterni lateribus (nec episternis!) aureo-cupreis aut cupreo-viridibus splendidissimis; summo elytrorum apice cyaneo-viridi vel aurantiaco, nitente; elytris (apice basique exceptis) opacis fere nigris, maculis 5 flavis minoribus quam in illa specie ornatis (puncto apicali et stria marginali apicali deficientibus), sculptura etiam magis obsoleta, punctis ante medium insculptis rarioribus, postea vix perspiciendis. Antennis testaceis, articulis 5—11 paullo obscurioribus, 2—4 distaliter annulo angusto metallico ornatis.

♀, ♂; $8\frac{1}{2}$ — $9\frac{1}{2}$ mm. — Patunuang (Célebes mer.: I, 1896). Ab infatigabili Fruhstorfer inventa. — Coll. mea.

Oxychila Bolivari, sp. n.

Ox. Oberthüri similis; labro paullo longiore; dente media longa, antecedentes valde superante; capite, thorace, elytris angustioribus, humerorum angulo rectangulari (sed non dentato), apice recte truncato, angulo utroque obtuso (non spinoso).

Supra subtusque nigra; palpis, antennis (articulis 2—4 distaliter nigro annulatis), pedibus (femorum apice nigro), trochanteribus posticis, labro (basi picea, margine libero angustissime infuscato) pallidis; elytris dense punctatis, nitentibus, macula parva angusta obliqua discoidali ornatis.

2 ♂; $13\frac{1}{2}$ mm. (sine labro). — Songo (Bolivia). — Coll. mea.

Tetracha oxychiloides, sp. n.

Labro brevior quam in *T. Lacordairei* Gor.; capite thoraceque valde angustioribus, hoc apicem versus multo minus dilatato, basi fere plana, sulco basali recto et paullulum aspero, utroque angulo postico tuberculo prominente sat acuto ornato; elytris valde longioribus, margine (praesertim pone medium) multo abruptius et longius declivi (ut elytra quasi lateraliter compressa videantur), ad basim latioribus, (humeris rotundato-productis), postice longius angustatis (forma tota sat triangularis: basis antice sita!), sculptura antice paullo postea aliquanto minus densa, foveolis in parte media minoribus, postea fere omnino deficientibus, tuberculis. (parvis) ad apicem majoribus et magis distantibus; macula parva brevi longitudinali apicali marginem non sequente sed ab hoc et ab sutura aequaliter distante (summo apice, qui marginem ipsum attingit, excepto) flava.

Corpore supra fere nigro sat opaco, hinc inde paullulum coeruleo vel cyaneo micante; ano brevius testaceo quam in illa specie; femoribus distaliter nigro annulatis; antennarum articulis 2—4 (basi excepta) nigris, primo ad apicem paullulum infuscato.

♀, ♂; 16—18 mm. — Philadelphia (Minas Geraës). — Coll. mea.

Species valde singularis; habitus paullulum genus *Oxychilam* refert.

Berlin, October 1897.